Ad Magnif. Ant. viij. toni.



Oratio.

Deus, qui multitúdinem Géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti : da nobis, quæsumus, ut cujus natalítia cólimus ✠ ejus apud te patrocínia sentiámus : Per.

☙ Quod si contingat hoc Festum transferri immediate post aliud habens ij. Vesperas integras, fiat de illo Memoria per Antiphonam, ℣. et Orationem supra designatam pro j. Vesperis.

☙ Si tamen infra Octavam Apostolorum Festum hoc vel habuerit j. Vesperas, vel fieret de illo Memoria, ut dictum est, fiet tunc quoque, propter Octavam, Memoria de S. Petro, hoc modo :

Ant. iv. toni.





℣. Tu es Petrus. ℟. Et super hanc petram ædificábo Ecclésiam meam.